

dia (inquit Concilium Lateranense sub Innocentio III.) dispensatio propter necessitates ecclesiarum, & utilitates in spiritualibus, & temporalibus administrant, sic tamen ut de rebus ecclesiasticis nil penitus alienent.

23. Electum, aut nominatum, obtemperant confirmatione, tamquam verum pastorem, & Episcopum ecclesie vacantis reputari, ex hac tenus dictis compertum est.

24. Hinc Episcopum confirmatum posse plenarie jurisdictionem suam exercere, eaque omnia, quae ad curam pastorem & episcopalem pertinent agere, exceptis his dumtaxat, quae ordinis seu characteris sunt episcopalis, concludunt Canonice, probat communis praxis, & decrevit Coelestinus III. cap. Transmissum, tit. de elect. potest. n.

25. Episcopus a Sede apostolica provisorius, sive confirmatus, non potest possessionem adipisci, nisi bene notat Zypaeus ad titulum de causa potest. nisi literis in forma expeditis. (Verb. Vicarius, vers. Interim. n.)

26. Quin nec sufficit literas in curia romana in forma esse expeditas, sed insuper desideratur, ut provisorius eas exhibeat, & praesentet ipsi capitulo, neque sufficit per testes earum expeditionem probare.

27. Insuper est una omnium doctrina, quod Episcopus etiam confirmatus, vigore literarum curiae, romanae, non possit hujusmodi possessionem accipere, nisi prius ipse literis Regi vel Principi in suo consilio exhibitis & placetate fuerint.

28. Provisi de ecclesiis cathedralibus, quae juri regaliae subjectae sunt, ut post obtentam confirmationem pontificiam, plenam temporalium sui Episcopatus administrationem, & beneficiorum collationem obtineant, debent manus regiae levationem obtinuisse, sive ut loquuntur Regalia debet esse clausa.

29. Quod ut fiat, requiritur primo, ut provisi juramentum fidelitatis Regi praestiterint, quod nimirum: Regi erunt legales, & fideles in suo episcopali statu, & populum earum civitatum, & episcopatum, in quantum poterunt, in obedientia & recognitione supremae potestatis erga Regem, & suam successionis sanguinis posteritatem tenebunt. Ita refert Philippus Probus in supplemento ad tractatum juris regaliae. Quod utinam hodie ubique locorum Episcopi, alique ecclesiastici Praelati, etiam ubi juramentum ex debito non praestatur, inviolabiliter observarent, ita ut de ipsis querendi nulla occasio Principibus esset, nec unquam ex eorum malo exemplo scandalum patenterit illi ipsi, quibus praesunt, ut maxime docent quae Caesaris sunt, Caesari, & quae Dei, Deo esse tribuenda. (Vide, si volueris, discrimen circa praesentem materiam, & juxta hispanica jura agnoscere, addit. hisp. & non praesertim verb. Abbas, Beneficium, per tot, etiamque ad ea, quae n. 29. proponuntur, adverte addit. verb. Judex, quae inc. Discriminis ratio: vers. Quidquid sit: ubi de hoc juramento tractatur.)\*\*\*

CONFRATERNITATES.

ARTICULUS PRIMUS.

Quod ea, quae concernunt confraternitatum erectionem, & aggregationem.

SUMMARIUM.

- 1. Constitutione, & aggregatione confraternitatum, quae observanda: constitutio D. Clem. VIII. adducitur, ceteraque ad idem concernentia, ad num. 13.
- 14. Gratiose debent esse erectionis, & aggregationis literae: forma, qua utitur in earum erectionibus, confirmationibus &c., ad n. 17.
- 18. Formula in aggregationibus: constitutio D. Pauli V. pro indulgentiis, & gratiis concessis: a quibus, & quibus in locis sunt erigenda Cordigerorum: a quibus recipiendi aggregari volentes, ad n. 24.
- 25. Confraternitates sanctissimi Rosarii institui a quibus possint: qui erigere, & instituere valent Cor-

rigiatorum Sancti Augustini, Scapularii Sanctae Mariae de Carmelo &c. juxta dictam constitutionem omnia effici debent: quid hoc concernit, & prohibet, ad n. 31.

32. Decretum Sacrae Congregationis indulgentiarum in quibus dicitur: quid superest, alia confraternitas supponitur: praeterea: ad quid licentia Ordinarii in ejus erectione, ad n. 37.

38. In monialium ecclesiis laicorum non eriguntur: a quibus cumque loco, ubi sint erectae, discedere, & valent expelli: per aggregationem quae consequantur: an de his per alium similem aliquid Ordinarii jurisdictione destrahatur: Sanctissimi Sacramenti confraternitates ubique erectae, ipso facto quorumcumque privilegiorum archiconfraternitatis de Minerua concessorum sunt participes: quid in confraternitatis doctrina christiana, ad n. 46.

47. Afferunt decretum pro taxa expensarum pro obtinenda aggregatione.

48. Supplementa Auctoris inseruntur, ad n. 50.

51. Ex aliena manu subsequuntur, ad n. 68.

Ua confraternitates legitime, & valide erigantur, & aggregentur, debet omnimode observari constitutio Clementis VIII. incip. Quaecumque: quae ut ab omnibus commode scribi possit, datur hic ad extensum, ut faceret.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Quaecumque a Sede apostolica ad promovendam Christi fidelium salutem aliquando concessa sunt, etsi maturo consilio, magnaque prudentia, & cautione sancita, & decreta sint, tamen cum Romanus Pontifex de animarum salute sollicitus, progressu temporis animadverterit sensim aliquot abusus in eisdem statutis, & decretis observandis provenire; debet pro sui pastoralis officii munere illis opportuna ratione occurrere, & quantum cum Domino potest, adhibito salutari remedio, providere.

§. 1. Cum itaque a pluribus Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, & forsitan etiam a nobis nonnullis regularibus ordinibus, religionibus & institutis, ac etiam Christianissimum secularium archiconfraternitatis, & congregationibus diversarum nationum, nominum & institutorum, tam in alma urbe nostra, quam in aliis civitatibus, & locis christiani orbis institutis, facultas erigendi & instituendi in eorum, & aliis ecclesiis & collegiis, necnon etiam sibi aggregandi confraternitates & congregationes in eadem urbe, & in aliis locis existentes, eiusque privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta sibi concessa respective communicandi, attributa fuerint, ac nulla certa regula & ratio praescripta sit, quae in hujusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus & communicationibus faciendis servari debeat; propterea, sive negligentia superiorum ordinum, religionum & institutorum, vel officialium archiconfraternitatum, & congregationum erigentium, instituentium, aggregantium & communicantium, quae confraternitatibus & congregationibus erigendis, instituendis & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum & indulgentiarum, aliarumque gratiarum praedictarum sunt, non servant formam in hujusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, communicationibus servari debitam, neque praescribitur modum, quo privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta praedicta consequi debeant, seu ipsarum confraternitatum & congregationum incuria, quae non inquirunt ea, quae praestare oportet, ut illa consequantur, nonnullae pravae consuetudines irrepserunt, multaque incommoda inde proveniunt.

§. 2. Quibus nos pro commissio nobis apostolica sollicitudinis officio, paternaque erga omnes Christianos charitate prospicere volentes, hac nostra constitutione perpetuo valitura, decernimus, atque statuimus, ut im-

posterum, tam hujus almae urbis nostrae, quam aliarum civitatum & locorum totius christiani orbis regularium ordinum, & religionum, & institutorum, quibus in eorum, & quibuscumque aliis ecclesiis, & collegiis, confraternitates secularium erigendi, & instituendi facultas concessa est, nec non etiam archiconfraternitatum, & congregationum, cujusvis nationis, nominis & instituti illae sint; & in quibuscumque ecclesiis, domibus & oratoriis, tam secularium, quam ut praefertur, quorumcumque etiam Mendicantium ordinum, religionum, institutorum regularium, quamvis tam ordinaria, quam apostolica auctoritate erectae, ac institutae existant, seu nullo quovis modo introductae reperiantur; quibus alias confraternitates & congregationes instituendi, erigendi, ac sibi aggregandi, aliisque privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias & indulta praedicta elargiendi, & communicandi potestas a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, vel a nobis, & apostolica Sede attributa fuit, magistris, prioribus, praepositis, rectoribus, gubernatoribus, praepositoribus, primiceriis, praelatis, custodibus, guardiis, praefectis, Administratoribus & alii officiales, seu superiores, quovis modo nuncupati, regularium sive ordinum, religionum, institutorum, unam tantum confraternitatem & congregationem, de consensu tamen ordinarii loci, & cum literis ejus testimonialibus, quibus confraternitatis & congregationis erigendae & instituendae pietas, & christianae charitatis officia, quae exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum, & quibuscumque aliis ecclesiis & collegiis erigere & instituere.

§. 3. Ceterum vero archiconfraternitatum & congregationum, in singulis civitatibus, oppidis, vel locis, unam etiam confraternitatem & congregationem, dumtaxat, quae apostolica, vel ordinaria auctoritate prius erecta, ac nulli alteri ordini, religioni, instituto, archiconfraternitati & congregationi ejusdem, vel alterius nationis, nominis & instituti aggregata sit, praevio similiter loci ordinarii consensu, & cum ejus literis testimonialibus, quibus ejusdem confraternitatis & congregationis aggregandae institutum, pietas & christianae charitatis officia, quae exercere consuevit, apud eos commendentur, sibi adjungere & aggregare possint.

§. 4. Huic vero confraternitati & congregationi erigendae, instituendae, seu aggregandae, ea tantum privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias & indulta, quae ipsi ordini, Religioni, instituto erigenti, instituti, ac communicanti, seu archiconfraternitati & congregationi aggreganti, nominatim, & in specie, non autem quae per extensionem, vel communicationem sibi quovis modo concessa sunt, & illa quidem non sub generali forma verborum, vel ad instar, sed expresse, & in specie communicare valeant.

§. 5. Sicut autem pro regimine ordinum, religionum & institutorum, erigentium & instituentium, ac communicantium, seu archiconfraternitatum, & congregationum aggregantium edita, confraternitatibus & congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, & aliorum praedictorum sunt, impartiri non possint, nisi ea prius ab Episcopo diocesano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quae nihilominus ejusdem Episcopi decretis, ac moderationis, & correctioni in omnibus semper subjecta remaneant.

§. 6. Insuper volumus, & ordinamus, ut praedicti ordines, religiones, instituta erigenda, instituentia, ac communicantia, necnon archiconfraternitates & congregationes aggregantes certam erigendi, instituendi & communicandi formulam a nobis novissime approbatam diligenter observent, secundum quam privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta ipsi ordinibus, religionibus, institutis erigentibus, instituendis & communicantibus, seu archiconfraternitatibus & congregationibus aggregantibus, nominatim, expresse, non autem per communicationem, neque ad instar, ut supra concessa, ipsis confraternitatibus, & congregationibus erigendis, instituendis & aggregandis, & quibus communicationes sunt, communicare possint,

§. 7. Quibus confraternitates & congregationes ejusdem dumtaxat nationis & nominis, ordinis, religionis & instituti, archiconfraternitatis & congregationis, cui aggregantur, tam haecenus aggregatae, quam imposterum aggregandae utantur, potiantur & gaudeant, ita ut dicuntur confraternitatum & congregationum erectarum, institutarum & aggregatarum, ac quibus communicationes factae sunt, ministri & officiales & alii praedicti privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias & indulta hujusmodi, praevia tamen recognitione ordinarii loci, qui adhibitis duobus de ejusdem ecclesiae capitulo, illa juxta Sac. Conc. Trid. decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeat.

§. 8. Quibus etiam ministris, officialibus, & aliis praedictis, elemosynas, & alia oblata christiane charitatis subsidia, juxta modum, & formam per Ordinarium loci praescribendam remotis tamen mensis, pelvibus, & capsis, quae in ecclesiis & congregationibus publice ad hoc exponi consueverunt, excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum ordinem, religionem, instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, seu archiconfraternitates & congregationes aggregantes tam almae urbis nostrae, quam aliarum civitatum & locorum quorumcumque juxta modum a Vicario urbis & ab Ordinario locorum respective praescribendum, observare teneantur. Elemosynas sic collectas in reparationem, & ornatum ecclesiarum, tam ordinum, religionum, institutorum erigentium, instituentium & communicantium, ac archiconfraternitatum & congregationum aggregantium, quam confraternitatum & congregationum erigendarum & instituentiarum, & quibus communicationes fiunt, aut in alios earum pios usus, arbitrio ejusdem Vicarii nostri in urbe, necnon Ordinarium locorum respective fideliter exponere, atque erogare procurent, ut omnes intelligant celeses ecclesiae thesauros, non quaestu, aut alicujus lucri causa, sed pietatis & charitatis excitandae gratia ex apostolicae Sedis benignitate Christianis aperiri.

§. 9. Praeterea volumus, ut Confessarii, qui vigore privilegiorum ipsi ordinibus, religionibus, institutis erigentibus, instituentibus & communicantibus, seu archiconfraternitatibus & congregationibus aggregantibus concessorum, ac confraternitatibus & congregationibus aggregandis communicandorum, pro tempore erigenti possunt, & poterunt seculares, scilicet in alma urbe a praedicto nostro Vicario, extra urbem vero a locorum Ordinariis; regulares autem non solum a praedicto Vicario nostro, & a locorum Ordinariis respective, sed etiam a suis superioribus approbati sint, utique confratres confitentis a criminibus, casibus & censuris, juxta dictorum privilegiorum (quatenus tamen sint in usu, Sacri Concilii Tridentini decretis, ac Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, & nostris constitutionibus non adversentur, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint) formam & tenorem dumtaxat absolvere valeant. Decernimus insuper, ut iidem Confessarii praedictos confratres cujuscumque gradus, status, conditionis praeminentiae, etiam si speciali nota dignae fuerint, a casibus contentis in literis, quae die Cenae Domini legi consueverunt, necnon violationis immunitatis & libertatis ecclesiasticae, & clausurae monasteriorum monialium, si videlicet sine necessaria, & urgente causa, ac sine superiorum licentia, vel etiam causa & licentia concessa abutenes, praedicta monasteria ingressi fuerint, necnon violentae manus injectionis in Clericum, & singularis certaminis, seu duelli, ac ab aliis etiam casibus, tam a nobis, quam a praedicto nostro in urbe Vicario, & locorum Ordinariis respective reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam a quavis excommunicatione ab homine lata, absolvere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientibus, quam occasione delicti contractis, cum aliquo dispensare, praetextu dicentium privilegiorum, nullo modo possint.

§. 10. Demum statuimus, & pariter ordinamus, ut confraternitates & congregationes, ubi vis locorum, quavis auctoritate, ut praefertur, erectae & institutae, & qui-



quibus communicationes prædictæ factæ sunt, ac cui-  
cumque ex dictis ordinibus, religionibus, institutis, ar-  
chiconfraternitatibus & congregationibus ubilibet exis-  
tentibus hæcenus aggregatæ, ab eisdem respective or-  
dinibus, religionibus, institutis, archiconfraternitati-  
bus & congregationibus, novas erectionum, institutio-  
num, communicationum & aggregationum literas, jux-  
ta formam à nobis novissime approbatam, infra annum,  
si in Europa sint, & si extra Europam fuerint, infra  
biennium à die publicationis præsentium in romana cu-  
ria faciende computandum impetrare teneantur, alio-  
quin dicto tempore elapso, erectiones, institutiones, &  
quæcumque communicationes privilegiorum, facultati-  
um, indulgentiarum, aliarumque spiritualium gratia-  
rum & indultorum, & aggregationes illarum vigore ip-  
sis concessæ nullius sint roboris & momenti, ac revoca-  
tæ & abolite censeantur eo ipso,

§. 11. Erectionum autem, institutionum, communi-  
cationum & aggregationum, tam hæcenus factarum,  
quàm deinceps faciendarum literæ ab ipsis Ordinariis,  
religionibus, institutis, seu archiconfraternitatibus &  
congregationibus gratis omnino, ac nulla prorsus mer-  
cede, etiam à sponte dantibus accepta, expediri & con-  
cedi debeant.

§. 12. Quod si ministri aliqui, superiores, vel offi-  
ciales quocumque nomine nuncupati ordinum, religio-  
num, institutorum, seu archiconfraternitatum, con-  
gregationum & confraternitatum hujusmodi, quavis  
auctoritate, vel privilegio & officio fungantur, & præ-  
sumptim, contra præmissa in aliquo venire, vel facere  
presumpserint, erectiones, institutiones & communica-  
tiones privilegiorum, indulgentiarum & indultorum,  
aliorumque præmissorum concessiones, necnon aggrega-  
tiones per ipsos faciendæ, seu renovandæ, nullius  
sint roboris & momenti, & quilibet eorumdem ministri-  
um, superiorum, officialium & aliorum prædictorum  
privationis officiorum, quæ obtinet, ac inhabilitatis ad  
illa, & alia impostum obtinenda, poenam, quæ ab alio,  
quàm à nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore

existente remitti non possit, incurrat eo ipso.

§. 13. Decernentes, presentes literas perpetuo vali-  
das & efficaces existere, & fore ab omnibus & singu-  
llis, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere,  
sicque nostræ mentis & intentionis existere, & ita &  
non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & dele-  
gatos, etiam causarum palatii apostolici Auditores, ac  
sanctæ romanæ ecclesiæ Cardinales, etiam de latere  
Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter  
judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judi-  
cari & definiti debere, ac irritum & inane, quidquid  
super his à quocumque, quavis auctoritate scienter, vel  
ignoranter contigerit tentari. — §. 14. Ponuntur clau-  
sula derogatorie. — §. 15. Ponitur forma publicandi  
hanc constitutionem & tempus, quo ligare incipit. —  
§. 16. Ponitur notificatio, faciendæ per Ordinarios. —  
§. 17. Fides transumptis adhibenda, quæ cum non faciant  
ad rem nostram, brevitatis causa omittitur.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris  
die 7. Decembris millesimo sexcentesimo quarto, Pontifi-  
catus nostri anno tertio decimo.

In qua constitutione, ut vides, Pontifex plura statuit  
omnimode observanda. Primo: Statuit quod unica tan-  
tum confraternitas ejusdem instituti & generis possit in  
ecclesiis tam secularium, quàm regularium institui, &  
aggregari. Secundo: Quod id fiat de consensu Ordina-  
rii, & cum literis testimonialibus ejusdem. Tertio:  
Quod instituentes, vel aggregantes confraternitates, eis-  
dem expressa, & in specie communicent privilegia &  
indulgentias &c. Ordini instituti, vel aggregati nomi-  
natinim concessa; non vero ea, quibus pro privilegium  
communicationis gaudet. Quarto: Quod statuta confrater-  
nitatum examinentur & approbentur ab Ordinario lo-  
ci, & corrigi possint. Quinto: Quod in aggregandis &  
instituentibus confraternitatibus servetur formula ab eodem  
Pontifice approbata. Sexto: Quod gratiæ & indulgentiæ  
confraternitati communicatæ, prævia cognitione Ordina-  
rii dumtaxat promulgentur. 2. Septimo: Quod confrater-  
nitatis elemosynas, & alia charitatis subsidia exi-  
piant

Ad confraternitatum erectionem præter Ordinarii consensum, proculdubio attentis, tam hujus peninsulae,  
quàm novi orbis ordinationibus, non potest procedi, quin regis approbationis detur interventus (1).

Antequam ad indulgentiarum promulgationem procedatur, perrecesse requiritur, ut à diœcesis Prælato,  
ubi dicta sit promulgatio faciendæ, discutiantur: quod examinetur, atque approbatæ à D. Bullæ Sanctæ Cruciatæ  
Commissario, sive persona à Rege Catholico nominata (2), tales literæ sint; quibus præmissis, nemo ibit inficias,  
præviam solius Ordinarii cognitionem sufficere, prout asseritur.

(1) Lex 3. tit. 14. lib. 8. ibi: Por lo qual, queriendo  
remediar, proveer sobre ello, revocamos todas y quales-  
quier cofradias y cabildos, que desde el año de sesenta y  
quatro acá se han hecho en qualesquier ciudades, villas  
y lugares de nuestros reynos, salvo las que han sido he-  
chas, y despues acá se han hecho, solamente para causas  
pias y espirituales, y precediendo nuestra licencia y au-  
toridad del Prelado, y que de aquí adelante no se hagan  
otras, salvo en la manera susodicha, so grandes penas:  
Vide verb. Elemosyna instruct. §. 18. lit. L. Lex 25. ti-  
tul. 4. lib. 1. Ind. Ordenamos y mandamos, que en todas  
nuestras Indias y Tierra-firme del mar Oceano, para  
fundar cofradias, juntas, colegios ó cabildos de Españoles,  
Indios, Negros, Mulatos ó otras personas de qual-  
quier estado ó calidad, aunque sea para cosas y fines  
pios y espirituales, preceda licencia nuestra, y autori-  
dad del Prelado eclesiástico, y habiendo hecho sus orde-  
nanzas y estatutos, las presenten en nuestro Real Con-  
sejo de las Indias, para que en él se vean y provea lo  
que convenga, y entretanto no puedan usar, ni usen de  
ellas: Vide verb. Abbas.

ALEXANDER SERVUS SERVORUM DEI,  
ad perpetuam rei memoriam.

(2) Inter curas multiplices, quæ nobis & Apostolatus  
officio incumbere dignoscitur, illa libenter amplectimur,  
per quæ animarum periculis & scandalis valeat obviari,  
prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Cum

Ve-  
itaque sicut charissimus in Christo filius noster Ferdinandus  
Rex, & charissima in Christo Elisabeth, filia nostra Regina  
Castellæ, & Legionis, & Aragonum illustres nobis  
nuper per dilectum filium nobilem virum Didacum Lupi  
de Haro, Militem, regni Gallitiæ Gubernatorem, per eos  
ad nos pro præstanda nobis obedientia Oratorem destina-  
tum, exponi fecerunt, quod in prædictis regnis, atque  
aliis dominiis diversæ personæ literas fictitias & simula-  
tas indulgentiarum ostendere non verentur, animas Chris-  
tifidelium multipliciter decipientes & illudentes, ut sub  
falsis illusionibus hujusmodi à Christifidelibus pecunias  
valeant extorquere. Nos attendentes præmissa esse mali  
exempli fomenta, ac volentes, prout tenetur, hujusmodi  
scandalis & periculis obvenire, auctoritate apostolica  
tenore presentium omnes & singulas indulgentias con-  
cessas, & concedendas impostorum suspendimus, & sus-  
pensas esse decernimus, donec per loci Ordinarium, in  
cujus civitate & diœcesi pro tempore publicabuntur, prius  
& deinde per nostrum, & Sedis apostolicæ Nuntium in  
partibus illis tunc existentem, ac Capellanum majorem  
eorundem Regis & Reginæ consilio existentem, per eos  
ad id deputandum, bene & diligenter, ansint vere literæ  
apostolicæ, vise & inspectæ fuerint: Quod si comper-  
tum fuerit per eos literas ipsas omni prorsus facultate ca-  
teris suspensas, ac veras literas apostolicas esse, tunc li-  
bere per illos, ad quos juxta earundem literarum tenorem  
expectat, possunt publicari &c. Datum Romæ apud  
Sanctum Petrum anno Incarnationis MCDXCIII. VI. Ka-  
lendas Augusti Lex 12. tit. 10. lib. 1. ibi: Sin que pri-  
me-

10 pliat juxta formam per Ordinarium præscribendam. Osta-  
11 100: Quod dictæ elemosynas pro arbitrio Ordinarii in utili-  
12 tate ecclesiæ, alioque pios usus erogentur. Nono:  
13 Quod Confessarii confraternitatum sint ab Ordinario ap-  
14 probati. Decimo: Quod, si sint regulares, à propriis  
15 etiam Prælati approbentur, & absolvent confratres juxta  
16 privilegia eisdem concessa, dummodo sint in usu, nec  
17 Concilio Tridentino, ceterisque Pontificum constitutioni-  
bus adversentur. Undecimo: Quod confratres non pos-  
sint absolvi à casibus infrascriptis: 1. Contentis in literis  
Bullæ Cœnæ. 2. Violationis immunitatis ecclesiasticæ.  
3. Violationis clausuræ monasteriorum monialium, si in-  
gressus fuerit sine urgenti causa, & absque superioris li-  
centia, vel cum istius abusu. 4. Injectionis manus vio-  
lentæ in Clericum. 5. Singularis certaminis, seu duelli.  
6. Et ab aliis Sedi apostolicæ, & Ordinario loci respec-  
tive reservatis, & pro tempore reservandis. 7. Necnon à  
quavis excommunicatione ab homine lata. 8. Neque su-  
per irregularitatibus valeant dispensari. Duodecimo: Quod  
literæ erectionis, & aggregationis gratis dentur. Vide  
verb. Indulgentia art. 4. num. 30. Tertio decimo: quod  
prius erectæ novas erectionis literas petant juxta formam  
ab eo approbatam; alioquin erectiones & institutiones  
abolentur & annullantur.

Formula, qua uti possunt, & debent superiores gene-  
rales regularium in erigendis, seu instituentibus, con-  
firmandisque confraternitatibus, ac communicandis in-  
dulgentiis & gratiis, quas ferre omnes Religiones à sancta  
Sede, & signatur à Paulo V. pro hujusmodi confrater-  
nitatibus obtinuerunt, est tenoris ut sequitur.

N. N. Ordinis N. Generalis.

Religio nostra cum inter alia privilegia, quibus à  
Sede apostolica decorata est, facultatem habeat secula-  
rium confraternitates sub invocatione N. erigendi, eis-  
dem spirituales gratias, privilegia & indulgentias com-  
municandi, in hujusmodi confraternitatibus instituendi,  
si ad Christifidelium salutem promovendam expedire  
animadvertit, liberale se præbere consuevit. Nos igitur  
qui generale totius Ordinis nostri curam gerimus,  
sperantes fore, ut ex hac spiritualium gratiarum parti-  
cipatione Christifideles ad devotionem & pietatem ma-  
gis excitentur, auctoritate nobis à Summis Pontificibus  
concessa, confraternitatem N. in ecclesiâ N. loci N.  
diœcesis N. de consensu loci Ordinarii, qui ejusdem  
confraternitatis institutum, pietatem, ac religionem, li-  
teris patèntibus nobis nuper exhibitis commendavit,  
dummodo talia alia hæcenus in ipso, vel alio ad tria millia  
riura propinquo loco habitus ereda non fuerit, per præ-  
sentes nostras literas erigimus & instituiimus, illisque,  
pro tempore existentibus utriusque sexus confratribus  
largimur, & communicamus indulgentias, privilegia,  
& speciales gratias sigillatim inferius descriptas, nomi-  
natinim expresse concessas per Breve S. D. N. Pauli Pa-  
pæ V. tenoris sequentis, Paulus &c. (Inseratur tenor)  
Quibus omnibus indulgentiis & spiritualibus gra-  
tiis descriptis, confraternitatem ipsam nunc erectam,

Verumtamen transiegitis in dominiis præter in tribunali Sanctæ Cruciatæ presentationem, in supremo eorum  
Senatu regium beneficiarum, vulgo el-Paiz, erit obtinendum, ita ut, si hæc omittantur, nequeant publicari (1); ge-  
neraliter etiam manet decretum, brevia omnia, à summo ecclesiæ Præsule, sive R. Nuntio apostolico pro tempore  
in hisce dominiis hispanis existentia expedire mandata, recolligi, & remitti debere (2) supremo Senatui.

mero, conforme à la bula del Papa Alexandro, sean exa-  
minadas por el Perlado de la diœcesis en donde se hubiere de  
hacer la publicacion, y que no se pueda publicar sino  
despues de ser examinadas y probadas por el Ordinario,  
y sean tambien examinadas y probadas por el Comisario  
General de la Santa Cruzada; ó por la persona ó perso-  
nas por nos nombradas en esta Corte, en virtud de la Bu-  
la de su Santidad, y tenga licencia del dicho Comisario  
General, ó de la tal persona ó personas por nos nombra-  
das para hacer la publicacion: Lex 38. tit. 3. ejusd. §. 6.  
En quanto à los Breves y Bulas de las Indulgencias, or-  
deno se guarde la Ley 12. tit. 10. lib. 1. de la Recopilacion,  
para que sean reconocidas, y presentadas ante todas cosas

ejusque confratres potiri & gaudere posse decernimus,  
juxta felicis recordationis Clementis Papæ VIII. cons-  
titutionem sequentem: Clemens &c. (Inseratur tenor.)  
In quorum testimonium: Clemens &c. (Inseratur tenor.)  
Secretarium subscribi, & publicari mandavimus, si-  
ngilloque officii nostri muniti. Datum &c.  
Formula autem pro aggregationibus debet esse teno-  
ris ut sequitur.

Dilectis nobis in Christo confratribus societatis N.  
in ecclesiâ N. auctoritate N. canonice erectæ, salutem  
in Domino sempiternam.

Nos qui juxta officii nostri debitum, fidelium salu-  
tem, pietatisque, ac religionis progressum procurare de-  
bemus, libenter nostræ archiconfraternitati alias ejus-  
dem instituti confraternitates adiungimus & aggrega-  
mus, illisque sic aggregatis, indulgentias, facultates,  
ac alias spirituales gratias & indulta, juxta facultatem  
nobis à Summis Pontificibus concessam impartimur. Qua  
vide re cum D. N. ejusdem confraternitatis Procurator  
aggregationem hujusmodi, & indulgentiarum commu-  
nicationem exire postulaverit, nos protector, Prior, &  
custodes prædicti rotam ipsam archiconfraternitatem re-  
presentantes felic. record. Clem. Pap. VIII. constitutio-  
ni super hujusmodi aggregationum, & cœlestis ecclesiæ,  
Thesauri communicationum moderatione nuper editæ  
inherentes, his nostris literis solo Dei amore, ac pietas-  
tis, religionisque christianæ agendæ zelo ducti, confrater-  
nitatem prædictam, canonice, ut superius erectam,  
vattentis Episcopi, seu Ordinarii loci consensu, ac li-  
teris testimonialibus, quibus ejus institutum, y pietas, ac  
religio commendatur, nostræ archiconfraternitati (dum-  
modo per nos similis gratia prius alteri in dicto loco N.  
concessa, & tempore hujusmodi concessionis aliæ ar-  
chiconfraternitati aggregata non fuerit) juxta facultatem  
apostolicam nobis concessam, adiungimus & ag-  
gregamus, atque illi, ejusque confratribus, indulgen-  
tiis & spiritualibus gratiis infra sigillatim descriptas, nos-  
træ archiconfraternitati literis pontificiis nominatinim, ex-  
presse, & præcisè concessas, largimur & communicamus.  
Deinde inseritur tenor literarum apostolicarum  
Pauli V. in quibus nominatinim indulgentiæ congregatio-  
ni & societati aggreganti concessæ sunt; postmodum  
idem officiales sic inquirunt: Quibus omnibus indul-  
gentiis & gratiis spiritualibus supra sigillatim descriptis,  
prædicta confraternitas, ejusque confratres uti, po-  
tuiti, & gaudere possint, juxta constitutionem felic.  
record. Clement. Papæ VIII. tenoris sequentis (& inseratur  
tenor totus tenor constitutionis, & postea officiales  
dicunt.) Volentes & decernentes presentibus literis nos-  
tris eandem fidem adhiberi, quæ præsentibus literis ori-  
ginalibus adhiberetur, si essent exhibite, vel ostensæ,  
In quorum, & singulorum fidem & testimonium has li-  
teras nostras exinde fieri, & per nostræ archiconfrater-  
nitatis Secretarium subscribi, & publicari mandavimus,  
& sigillorum ipsius Protectoris, & archiconfraternitatis

à los Ordinarios, y al Comisario General de Cruzada, con-  
forme à la Bula de Alexandro VI. mientras yo nombrare  
otras personas, segun lo prevenido en la misma Ley.  
(1) Remis. fin. tit. 20. lib. 1. Indiar. En consulta  
del Consejo de 27. de Abril de 1651. sobre otra del Consejo  
de Cruzada, fue S. M. servido de resolver que las  
Bulas ó Breves de Indulgencias que su Santidad conce-  
diere para las Indias, se presenten por aquel Consejo, y  
pasen por el de Indias. Remis. 48. tit. 2. lib. 2. ejusd.  
Las Bulas ó Breves de Indulgencias que su Santidad  
concede para las Indias, se presenten en el Consejo de  
Cruzada, y pasen por el de Indias.

(2) Vide verb. Altare, & verbo Alternativa.



» iussimus, & fecimus appensione muniri. Datum Romae in loco solito nostrae Congregationis anno &c. indictione... Die... Mense... Pontificatus &c. Praesentibus &c.»

- 19 Hanc formam refert Cherubina in compend. Bullar. Schol. ad dict. constit. 115. Clement. VIII. incip. Quae cumque: ubi testatur esse communem omnibus congregationibus, quae si non servetur, actus corrumpit, & non valet aggregatio, ut docet Leo theaur. for. eccles. part. 4. cap. 2. n. 103. & 104. & alii passim, quia dicta constitutio Clementis VIII. adducta sub n. 2. non tantum ab aliquibus, sed ab omnibus, qui facultatem habent aggregandi, observanda est, ut praecipit expresse Paulus V. in constit. 63. incip. Quae salubriter: ibi: Proprietas Nos volentes, ut constitutio praedicta (id est, Clem. VIII.) tam ab eisdem Lateranensis ecclesiae capitulo, & Canonicis, quam ab aliis quibuscumque ius & facultatem communicandi huiusmodi indulgentias habentibus, ut par est, sine discrimine impostorum observetur, constitutiones & litteras praedictas dicti Clementis praedecessoribus cum suis clausulis & decretis ad basilicam Lateranensem, & aliarum basilicarum & ecclesiarum quarumcumque capitula, canonicos, & quavis alias personas similes facultates habentes, illisque utentes, ad effectum videlicet, ut ipsa capitula & canonici, ac persona, nullas imposterum indulgentias communicare possint, nisi praedictae constitutionis forma servata, & eas solummodo, quae a nobis illis praescribitur, auctoritate apostolica tenore praesentium extendimus &c. sub penis in eisdem litteris contentis, inviolabiliter observari praecipimus & mandamus.
20 Ut autem ab omnibus distinde percipiatur, quoniam sint indulgentiae & gratiae similibus archiconfraternitatibus & confraternitatibus concessa, datur hic constituto Pauli V. incip. Nuper archiconfraternitati: edita pro confraternitatibus erectis & erigendis a nostra religione Minorum de observantia, quae quantum ad indulgentias & gratias concessas fere coincidit cum aliis editis pro confraternitatibus aliarum religionum, & est tenoris sequentis.

PAULUS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.

- 11 Nuper archiconfraternitati Cordigerorum in ecclesia domus fratrum Sancti Francisci Assisiens. ordinis Minorum conventualium canonice erectae, & illius confratribus certas indulgentias & gratias spirituales concessimus pro nostras in forma brevis litteras huius tenoris, videlicet: Cum certis unicuique confraternitati indulgentias & gratias spirituales, quibus imposterum fruamur, duxerimus praescribendas, idcirco omnes & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes archiconfraternitati Cordigerorum in ecclesia domus fratrum Sancti Francisci Assisiens. ordinis Minorum Conventualium canonice erectae, & illius confratribus, haecenus per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros concessas revocantes & annullantes, ac nullius roboris, & momenti posthac data praesentium fore declarantes, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi.
1. Omnibus utriusque sexus Christianis, qui in memoria ejusdem Sancti Francisci cordam benedictam ab ejusdem ordinis superioribus suscipientes, praedictam archiconfraternitatem de cetero ingredientur, die prima eorum ingressus, si vere poenitentes & confessi sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint, plenariam.
2. Ac tam ipsi pro tempore describendis, quam jam descriptis in dicta archiconfraternitate confratribus & consorioribus, etiam vere poenitentibus & confessis, ac sacra communione refectis, qui praedictae archiconfraternitatis ecclesiam, seu oratorium, in festo principii ejusdem archiconfraternitatis, a primis vespertinis usque ad occasum solis ejusdem festi, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro principum christianorum

» concordia, haerum extirpatione, & sanctae matris ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, etiam plenariam.

- 3. Ina mortis quoque articulo eidem confratribus & consorioribus, qui poenitentes & confessi, ac sacra communione refecti, vel quatenus facere nequiverint, saltem vere poenitentes, nomen Jesu ore si potuerint, sine autem corde devote invocaverint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus.
4. Nec non ipsi confratribus & consorioribus, qui praedictae archiconfraternitatis processioni, singulis mensibus fieri solite interfuerint, tres annos, & totidem quadragenas, & si fuerint confessi, ac sacra communione refecti, ibique pias ad Deum preces effuderint, etiam plenariam.
5. Qui vero officio Beatae Mariae Virginis ab ejusdem archiconfraternitatis confratribus pro tempore celebrando, & recitando, aut cujusvis alteri officio pariter interfuerint, centum dies.
6. Insuper eidem, qui Sanctissimum Sacramentum, quando ad infimos defuerint, comitatu fuerint, quinque annos, & totidem quadragenas.
7. Qui vero poenitentes & confessi, ac sacra communione refecti aliquam ex ecclesiis dicti ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, S. Antonii de Padua, S. Bonaventurae, S. Ludovici Episcopi, & S. Bernardini, S. Clarae, ac S. Didaci festiuitatibus singulis annis visitaverint & oraverint, ut praefertur, quo die festiuitatem huiusmodi illi egerint, septem annos, & totidem quadragenas.
8. Quoties vero corpora defunctorum, tam confratrum quam aliorum ad sepulchrum comitatu fuerint, aut pauperi personae in ejus necessitatibus subvenierint, aut pacem inter inimicos composuerint, toties pro quolibet praedictorum operum centum de injunctis eis, seu aliis quomodolibet debitis poenitentis, in forma ecclesiae consueta relaxamus.
9. Insuper eidem confratribus & consorioribus, ut supra dictas indulgentias & gratias spirituales consequi, & illas animabus defunctorum, per modum suffragii, applicare possint per praesentes concedimus, & indulgemus.
10. Ac propterea dilecto filio moderno, & pro tempore existingi praedicti ordinis Minorum Conventualium Ministro generali, ut confraternitates laicorum utriusque sexus, sub dicta invocatione Cordigerorum S. Francisci, in quolibet ecclesia domorum fratrum ordinis sui Minorum Conventualium S. Francisci erigere & instituire, servata tamen forma praescripta in constit. fel. rec. Sixti Papae V. sub dat. XIII. Kalend. Decembris, pontificatus sui anno primo, & Clementis VIII. praedecessorum nostrorum super hoc editis, possit & valeat, facultatem impertimur.
11. Quae quidem confraternitates, si & postquam erectae, & institutae fuerint, eidem archiconfraternitati S. Francisci Assisiens. juxta praedictam Sixti V. constitutionem, sint, & esse intelligantur aggregatae, non obstantibus constitutionibus, ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque, praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.
12. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Anno Piscatoris die 11. Martii 1607. pontificatus nostri anno secundo.
13. Cum autem ex concessione fel. rec. Sixti Papae V. praedecessoris nostri, dilectis filiis Ministro generali & Commissario generali ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de observantia in ecclesiis eorum ordinis, in locis videlicet, in quibus ecclesiae, vel conventus fratrum Conventualium non existerent, huiusmodi confraternitatem Cordigerorum erigendi & instituendi facultas impertita fuerit, nos eidem Ministro generali & Commissario generali speciale gratiam facere, & Christianis fidelibus spirituali consolationi prospicere volentes, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, eidem Ministro generali & Commissario generali, & eo-

rum cuilibet, ut in ecclesiis eorum ordinis tantum, ac in locis, in quibus non existerent Conventus, vel ecclesiae Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, Confraternitates Cordigerorum S. Francisci utriusque sexus erigere, & instituire, illisque sic erectis, & institutis, indulgentias, & gratias spirituales supra dictas communicare libere, & licite possint, & valeant, servata tamen forma in praedictis constitutionibus Sixti, & Clementis tradita, ut in praesertito brevi pro iisdem conventualibus expedito auctoritate apostolica, tenore praesentium facultatem, & auctoritatem perpetuo duraturam concedimus, & impartimur. Non obstantibus nostra de non concedendis indulgentiis adinstar, ac aliis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac utriusque ordinis huiusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & status, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris apostolicis in contrarium praemissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, ceterisque quibuscumque." Datum apud S. Marcum sub anno Piscatoris die XXV. Septembris 1607. Pontificatus nostri anno III.

- 12 Confraternitatem Cordigerorum possunt ubique in propriis ecclesiis erigere Patres Conventuales private quoad omnes, ubi ipsi existunt, ex constit. Sixti V. incip. Ex suprae dispositionibus: in qua ipse Pontifex eorumdem archiconfraternitatem in ecclesia S. P. Francisci Assisiens. primus instituit, & ipsi ex tunc omnes alias Cordigerorum confraternitates imposterum erigendas aggregavit. In locis vero, in quibus non sunt Patres Conventuales, tales confraternitates possunt erigere Minores de Observantia in suis ecclesiis, ex concessione ipsius Sixti V. constit. incip. Divinae Charitatis: & Pauli V. dict. constit. incip. Nuper Archiconfraternitati: & Clementis X. constit. incip. Dudum felicis: ex supra dictis Pontificis constitutionibus clare deducitur, quod solummodo Prelati Ordinis Minorum, inter quos connumerantur Guardiani, & Praesidentes, possunt recipere volentes aggregari huiusmodi confraternitati Cordigerorum private quoad alios omnes, quia idem Sixtus V. in d. constit. incip. Et suprae dispositionibus: vult cordam, quam confratres gerunt, debere prius esse a Superioribus Ordinis benedictam, immo & cinctam, & susceptam, ut idem Sixtus statuit in dict. alia constit. incip. Divinae charitatis: & Paulus V. in dict. constit. incip. Nuper Archiconfraternitati: §. 1. concedit Indulgentiam plenariam omnibus utriusque sexus Christianis, qui in memoriam ejusdem S. Francisci cordam benedictam ab ejusdem Ordinis Superioribus suscipientes praedictam archiconfraternitatem de cetero ingredientur, ubi vides, quod corda benedicta ab ejusdem Ordinis Superioribus debet suscipi, quod & confirmavit, & innovavit Clemens X. in dicta constit. incip. Dudum felicis.
13 Confraternitates Sanctissimi Rosarii erigere possunt, & instituire solum Sancti Ordinis Praedicatorum Magistri, vel Vicarii generales, & per eos deputati Patris ejusdem ordinis etiam in secularibus ecclesiis, ut constat ex variorum Pontificum constitutionibus, & signanter ex constit. Sixti V. incip. Dum ineffabilia: ubi ipse Pontifex confirmat, & innovat Indulgentias, & privilegia a Praedecessoribus suis, confraternitatibus SS. Rosarii concessa. Et Innocentius XI. in constit. incip. Exponi nobis: confirmavit, & validavit omnes, & singulas confraternitates sub titulo SS. Rosarii in quibusvis locis positas, & existentes, licet de eorum canonica ab initio erectione, & institutione non appareat; & eas in tam valido statu esse, & fore decrevit, ac si illae canonice erectae, & institutae fuissent; servata tamen ceteroquin constitutionum, & decretorum Sanctae Sedis forma, & dispositione circa talium confraternitatum erectionem, & institutionem. Hic attendendum est sequens novissimum decretum Sac. Congreg. Indulgent. &c. in Constantien. "Cum experientia comprobatum sit, nonnullas SS. Rosarii confraternitates auctoritate dumtaxat ordinaria, irrequisito Magistro generali fratrum Ordinis Praedicatorum erigi, ac pro illis apostolicum breve cum indulgentiis, cuicumque confraternitati canonice erectae, sive erigendae generaliter con-

» cedi consuetis expediri; nonnulli extra urbem, ac praecipue quidam ecclesiastici viri, & sanguinis nobilitate, & morum probitate insignes ex dioecesi Constant. recte dubitarunt, num huiusmodi confraternitates canonice reputari valeant, ac revera subsistant? Quare eorum nomine duo subinserta dubia à Sacra Congregatione Indulgentiis, sacrisque reliquiis praeprocedenda fuerunt exhibitia: Primo: An si incipio Patre generali per Ordinarium erigatur confraternitas Sanctissimi Rosarii, confratres ipsa fruatur indulgentiis in brevi apostolico per eosdem obrento expressis? Et quatenus affirmative: Secundo: An fruatur etiam aliis indulgentiis in dicto brevi apostolico obrento non expressis, quas tamen aliis confratribus Sanctissimi Rosarii à diversis Summis Pontificibus concessas esse constat, ut Dominicis mensuris, aut aliis diebus? Hisce autem dubiis Sacra eadem Congregatio die 19. Augusti 1747. rationum momentis serio, matureque perpenis, respondendum esse censuit ad utrumque negative. De quibus omnibus facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congreg. Secretarium die 26. praedicti mensis SS. D. N. Benedicto Papae XIV. relatione, & Sanctitas sua ipsamet votum, benigne approbando, confirmavit. Ne tamen huiusmodi confraternitatum inconsulto eodem Magistro generali erectarum fervor tepescat, sed magis, magisque illarum confratrum, & consoriorum devotio potius augeatur, omnes, & singulas uniuscujusque confraternitatis Sanctissimi Rosarii erectiones in praefata Constantiensi dioecesi, incipio Magistro Ordinis Praedicatorum pro tempore existente generali haecenus factas, motu proprio, de plenitudine suae apostolicae potestatis confirmavit, ac validas esse declaravit. Immo praedictae dioecesi Constantien. Populum specialibus favoribus prosequi volens, etiam moderno ejusdem Ordinis Praedicatorum Magistro generali humillime supplicante iisdem confraternitatibus sic erectis, praeter indulgentias in respectivo earum obrento brevi expressas, etiam omnes, & singulas alias confraternitatibus SS. Rosarii ad formam constitutionis S. Pii V. die 25. Junii 1560. incip. Inter desiderabilia: canonice erectis ab Apostolica Sede quomodocumque concessas, clementer indultis. Imposterum tamen, ut quodcumque dubium, & quavis abusus, aut molestiae, vel perturbationis occasio prorsus removeatur, idem Sanctissimus Dominus Noster de apostolica pariter plenitudine potestatis voluit, & expresse mandavit, quod non aliter confraternitates, seu societates SS. Rosarii erigantur, nisi requisitis prius, & obtentis, juxta formam à S. Pio V. in praefato brevi praescriptam à Magistro laudati Ordinis Praedicatorum pro tempore existente generali literis facultatis, ut alias à Sac. Rit. Congr. die 9. Aprilis 1661. resolutum fuit, & ab Auditore generali Sacrae Apostolicae Camerae in consimili causa anno 1663. per sententiam definitum. Sape dictus vero Magister generalis pro huiusmodi confraternitatum erectione consuetas literas Sacerdotibus sui ordinis, vel ubi horum Conventus non existat, aliis ecclesiasticis personis, sive regularibus, sive secularibus etiam Episcopo benevisis expedit, ipsaque litterae, nonnisi de consensu Ordinarii, servatissime reliquis omnibus in huiusmodi erectionibus ex apostolicis constitutionibus servandis, ac servari solitis, executioni mandentur." Datum Romae die 1. Septembris 1747. Fr. J. Cardinalis Portocarrero.

17 Sic confraternitates corrigitorum S. Augustini, scapularis S. Mariae de Carmelo, & aliae alii regularibus concessae eriguntur, & instituuntur à suis respective Superioribus, seu deputatis Religiosis, ut patet in suis respective privilegiis à Sede Apostolica obtentis. Cum hoc tamen quod omnes ab omnibus erigantur, & instituuntur juxta praescriptum à Clemente VIII. in dict. const. incip. Quaecumque: & adducta supra sub n. 2. Est autem hic advertendum primum, quod licet in dict. constit. Clementis VIII. prohibeatur, ne in uno loco erigantur plures confraternitates ejusdem instituti, & generis, non intelligitur tamen haec prohibitio de confraternitate SS. Sacramenti, quae immo ex declaratione Sac. Con-



Congregatio Indulgentiarum sub die 7. Febr. 1607. cum approbatione Pauli V. desideratur, ut erigatur in qualibet ecclesia parochiali, non obstante quod ibi reperitur jam erecta quaelibet alia confraternitas, ut patebit infra ex propriis verbis transmissis ad Archiepiscopum Bononiensem cum mandato certiorandi Episcopos suae provinciae, & sic etiam declaravit Sac. Congreg. Episcop. in *Vercellensi* 3. Februarii 1610. Nec etiam prohibitio Clementis VIII. intelligenda est de confraternitate doctrinae christianae, quae etiam debet erigi in qualibet parochia, ut decrevit Sac. Congr. Episcop. in *diti. Vercellensi* 3. Februarii 1610. & plurimum commendavit Innocentius XI. suis litteris circularibus omnibus Episcopis datis 22. Junii 1686. Nec intelligitur prohibitio de confraternitatibus jam erectis ante publicationem dictae Bullae, quia ipsae possunt confirmari, etiam essent plures ejusdem nominis, & instituti; Sac. Congreg. Indulg. 27. Septembris 1607. Est etiam advertendum secundo, quod licet in formula pro erigendis, & confirmandis confraternitatibus, eisque communicandis Indulgentiis, & gratis à Clemente VIII. praescripta, & supra sub *num. 17.* adducta, & à variis Sanctae Sedis brevibus, & decretis requiratur distantia trium milliarum inter unam, & aliam; tamen Sac. Cong. Indulg. de mandato Pauli V. tolleret varias controversias ortas inter Ordinarios locorum, & confraternitates, ac regulares, resolvit, & decrevit, prout Cardinalis Aragonius resolutionem, & decretum Archiepiscopo Bononiensi cum onere certiorandi Episcopos suae provinciae pro sedandis controversiis in illa exortis, transmisit, ut sequitur.

Molto Illustre, e Reverend. Monsig.

33 «Avendo risoluto questi miei Illustrissimi Signori della Congregazione dell' Indulgenza con autorità, ed ordine particolare avuto viva voce oracolo dalla Santità di N. Signore di levar alcune difficoltà, che si trovavano nell' eseguire la costituzione di Clemente VIII. di fel. mem. fatta già sopra la aggregazione delle confraternità, è dichiarata ancora alcune cose concernente le istituzioni antiche fatte da' superiori delle Religioni, fanno sapere à V. S. che si contentano, che i Superiori Regolari, a quali è stata concessa nuova facoltà da sua Beatitudine d'istituire confraternità secolari (secondo la forma della suddetta costituzione) possono confermare senza consenso dell' Ordinario de' luoghi quelle confraternità, quali si trovano canonicamente erette da' medesimi Superiori Regolari, avanti si pubblicasse l' istessa costituzione nelle chiese proprie loro Collegiate, dove stiano almeno dodici Religiosi di famiglia ordinaria, non ostante che nella patente della conferma si dica espressamente farsi ciò di consenso dell' Ordinario medesimo. Dichiarando però, che nel far nuova istituzione nelle chiese tanto regolari, quanto secolari di qualunque sorta, è nel confermare eziandio l' antiche erette in chiese secolari, è regolari ancora, nelle quali non stiano dodici Religiosi; si debba necessariamente avere il testimonio è consenso dell' Ordinario, ed osservare tutto il restante, che si prescrive nell' istessa costituzione.

«Permettono similmente, che i medesimi regolari à quali è stata concessa la suddetta nuova facoltà d'istituire, possono confermare le confraternità antiche, è istituire di nuove, ancorchè non sia tutta quella distanza di luoghi, ove sono, ò saranno tali confraternità, che viene prescritta da' brevi apostolici, mentre però oltre tutti gli altri requisiti concorra anco à questo il consenso particolare dell' Ordinario del luogo, il quale si dovrà esibire in scritto, prima che si dispensi sopra tal distanza, è non altrimenti.

«Permettono ancora, che ritrovandosi diverse confraternità di secolari antiche, erette canonicamente, come sopra, ni chiese regolari Collegiate di dodici Religiosi almeno, si possono confermare, servata però in tutto il resto la forma data dalla medesima costituzione; è parimente che essendo in una città, ò terra più d' una confraternità antica dell' istesso nome, ed istituita, eretta canonicamente da' Superiori regolari, si

«possino confermare secondo la suddetta forma, ma nell' istituire nuove confraternità vogliono le Signorie loro Illustrissime, che una sola se ne possa fare in qualunque città, terra, ò luogo, eccettuando però la compagnia del SS. Sacramento, quale concedono, anzi desiderano sia eretta in ogni chiesa parrocchiale, non ostante che essi ci trovi eretta prima qualsivoglia confraternità.

«E perchè molti dubitano se per la costituzione di sua Beatitudine sopra l' Indulgenza concessa ultimamente alle persone religiose con revocazione dell' antiche, venghino rinvocate anco l' Indulgenze concesse alle chiese regolari, ed à quei che le visitano, ancorchè la costituzione comprenda chiaramente solo le persone regolari, senza estendersi alle chiese loro. Tuttavia la Congregazione per levare ogni dubbio, dichiarò che l' Indulgenza concessa à quelli, che visitano le chiese de regolari stiano nella loro forza, è vigore, sinché la Santità sua farà altra deliberazione, è però si possono lasciar pubblicare, quando non osti altra cosa.

«Tutto questo à parso alla Congregazione di scrivere à V. S. acciò nell' occorrenze di cotesta chiesa sapia ciò, che passa in questo particolare, è lo faccia sapere ancora a' Vescovi della sua Provincia, ed io prego à V. S. dal Signore ogni vero bene. Di Roma 27. Settembre 1677. — Di V. S. — Per servirla. — M. Card. Aragonese. — Dominicus Maria Peregrin. Sec. — Illustriss. ac Reverendiss. Archiepisc. Bononien. de mandato. »

Et insuper advertendum tertio, quod licet ad tenorem dictae constitutionis Clementis VIII. fuerit semper resolutum, quod plures confraternitates ejusdem nominis, & instituti non possint erigi, & institui in eodem loco, & solum sustinendam primo erectam, aliasque ultimo erectas post publicationem dictae constitutionis esse supprimendas, ut signaverit in Foroiviensis his verbis: «Referente Eminentissimo Casarino controversiam diu agitatam inter regulares S. Francisci de observantia, & regulares S. Francisci conventuales circa titulum confraternitatis Sanctissimae Conceptionis, Sacra Rituum Congregatio respondit, confraternitatem erectam in ecclesia fratrum conventualium sub eadem invocatione, quae jam prius erata assumpta à fratribus de observantia, esse supprimendam, die ultima Martii 1640.»

In Cassanensis his verbis: «Eminentissimo Casarino referente controversiam confraternitatis Sanctissimi Rosarii loci Morani cum alia confraternitate sub eadem invocatione, Sacra Rituum Congregatio mandavit dari decretum factum in his terminis pro civitate Foroiviensi, & Novariensi die 17. Julii 1640.» Et saepe alibi consimiliter, ut constat per decreta relata à Pignatelli. tom. 6. consulti. 18. Tamen ex suppressione confraternitatis ultimo erectae, non potest confraternitas anterior in eodem loco erecta praetendere, quod sint suppressi, & inhibiti actus ex devotione exercendi in alia ecclesia ejusdem loci, & respectu ejusdem Sancti, sub cuius nomine fuit suppressa societas, non obstante quaecumque ea de re inducitur transactio, seu alia quavis adstipulata amabili compositione, ut in Alexandrina pro simili casu inter Minores de observantia, & Minores conventuales fuit pronuntiatum in Praetorio A. C. praecis sequentibus verbis:

«Christi Nominis invocato, pro tribunali sedentes, & solum Deum praec oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam de jure peritorum consilio in his scriptis ferimus in causa, & causis, quae primo, & in prima coram Nobis, seu alia veteri, versae fuerunt, & vertuntur, instantis, inter RR. Fratres Minores de observantia Conventus S. Bernardini Civitatis Alexandriae Actores ex una, & RR. Fratres Minores conventuales conventus S. Francisci ejusdem civitatis, Reos conventos ex altera partibus, de & super rescissione instrumenti transactionis inter eos celebratae sub anno 1668. in dicta civitate inter dictos conventus, & RR. Fratres, rebusque aliis, de quibus in actis, quae &c. super interdictione; seu prohibitione quorumcumque actuum praetextu Societatis, ac etiam devotionis faciendorum in Noventa S. Antonii de Padua » per

per dictos RR. Fratres Minores de observantia in ipsorum ecclesia Sancti Bernardi, & in ecclesia SS. Annunciationis dicti RR. Fratrum Minorum de observantia in Quartiere Burgolii existentis dicimus, definimus, decernimus, & definitive sententiamus, dictum instrumentum transactionis servandum esse in ea parte tantum, in qua continetur suppressio Societatis & exercitium quorumcumque actuum ejusdem Societatis praetextu faciendorum per dictos RR. Fratres Minores de observantia; in reliquis vero rescindendum esse, annullandum, & cassandum, prout Nos per hanc nostram definitivam sententiam annullamus, rescindimus, & cassamus, & pro annullato, rescisso, & cassato haberi volumus, & mandamus, victisq; vicioribus in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure imposterum reservamus. Et ita dicimus, pronunciamus, definimus, decernimus & definitive sententiamus, non solum isto, sed & alio omni meliori modo &c. — Aldrovandus Locumtenens.

«Lata die 19. Februarii 1701. per acta D. Francisci Francischini Notarii A. C. Defendente Roccho Matthaeuccio totius Cismontanae Familiae Min. de observantiaurum patrono.»

Regulares, qui ex Indulto apostolico facultatem habent instituendi confraternitates, seu societates in eorum ecclesiis, non possunt illas erigere, seu instituere cum usu sacrorum absque Ordinarii loci licentia; Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in *Chil.* 6. Decembris 1616. Confraternitates laicorum erigi, & institui non possunt in ecclesiis Monialium; Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in *Baren.* 6. Aprilis 1595. in *Tirasonen.* 6. Novembris 1595. 15. Martii 1599. & 5. Maji 1645. Confraternitas ab ecclesiis, in quibus reperitur erecta, & instituta possunt libere decedere, & spelli, etiam essent erectae, & institutae in ecclesiis Regularium; Sac. Cong. Conc. in *Pisana* 23. Augusti 1692. Sac. Cong. Episc. 28. Novembris in *Venefrana*, 28. Nov. ejusd. anni 1692. Rota cor. Coccino dec. 472. Confraternitatum aggregatio priorum Ordinum potest fieri à regularibus in quibuscumque ecclesiis sive propriis, sive extraneis; ex dict. cons. Clem. VIII. *incip.* Quaecumque; & const. Pauli V. *incip.* Quae salubriter: ubi confirmat illam Clem. VIII. confraternitates aggregatae archiconfraternitatibus Urbis non gaudent privilegio archiconfraternitatum aggregantium, sed solummodo illarum Indulgentis & gratis spiritalibus; Sac. Cong. Episc. & Regul. in *una Brugnaten.* 23. Novembris 1691. *referente Card. Milino.*

Unde non obstante quod confraternitati aggregatae fuerint per archiconfraternitatum aggregantem communica nominatim, & expresse ejus privilegia, & statuta, nihilominus debent ab ipsa confraternitate aggregata omnimode observari conventiones, pacta, & statuta in limine erectionis confraternitatis de auctoritate Ordinarii apposita: quia statuta archiconfraternitatum aggregantium non possunt impertiri confraternitatibus aggregatis, nisi ea prius ab Episcopo diocesano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, ut expresse statuit Clemens VIII. in dict. cons. *incip.* Quaecumque §. 5. libi: «Statuta autem pro regimine Ordinum, Religionum, & Institutorum, erigentium, & instituentium, ac communicantium, seu archiconfraternitatum, & congregationum aggregantium edita confraternitatibus, & congregationibus erigendis, insituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, & aliorum praedictorum sunt, impartiri non possunt, nisi ea prius ab Episcopo diocesano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quae nihilominus ejusdem Episcopi decretis, ac moderationi & correctioni in omnibus semper subjecta remaneant.» Et sic tenent in puncto bis causa examinata, & doctis in Jure Advocatis scribentibus. Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in *Casennanen.* 17. Augusti & 5. Octobris 1691. Per aggregationem nihil detrahatur jurisdictioni Ordinarii, prout pluries declaravit Sacra Congregatio Concilii, & signanter in Potentia aggregatio in qua propositis dubiis: Primo «An ad effectum, ut confraternitates laicales aggregatae uti possint regulis, & statutis, ac

constitutionibus, quas observandas recipiunt ab archiconfraternitatibus aggregantibus, necessaria sit praecedens aggregatio Ordinarii loci? Secundo, An ad effectum, ut confraternitates aggregatae uti, & gaudere possint Indulgentis archiconfraternitatum aggregantium, necessaria sit approbatio Episcopi cum intervenitu duorum de Capitulo? Tertio, An confraternitatibus aggregatis archiconfraternitati mortis de Urbe jus competat sepeliendi cadavera occisorum tam in civitate, quam extra, & tam civium, quam exterorum, quando Parochi parati sunt sepelire dicta cadavera? Quarto, An dictae confraternitates aggregatae subsint Ordinario, ut eorum Administratores rationem Ordinario teneantur reddere? Die 29. Maji 1683. Sac. Congreg. Concilii. respondit ad 1. & 4. affirmative, ad 3. negative, lib. 33. decis. fol. 148.»

Confraternitates Sanctissimi Sacramenti ubique terrarum erectae, vel erigendae, absque nova concessione, communicatione, vel aggregatione, participes sunt quorumcumque privilegiorum, concessionum, indulgentiarum, & gratiarum archiconfraternitati de Minerva concessarum, & concedendarum statim ac earumdem erectio, apostolica, vel auctoritate ordinaria facta fuerit. Sac. Congreg. Indulgentiarum 15. Februarii 1668. Facta erectione, & aggregatione archiconfraternitati doctrinae christianae Urbis, ceterae hujusmodi confraternitates ejusdem diocesis separata non indigent aggregatione ad hoc, ut gaudeant indulgentiis, ut decrevit Sacra Congregatio Indulgentiarum sequenti decreto.

Cum venerabilis archiconfraternitas doctrinae christianae posita in ecclesia S. Martini de Urbe Sac. Congreg. Indulgentiarum humiliter exposuerit, saepius à nonnullis dubitatum fuisse, an attenda bulla san. mem. Pauli V. edita, quae *incip.* Ex creditio: satis sit, ut una confraternitas ejusdem instituti in aliqua civitate aggregetur, ad hoc ut cunctae aliae similes confraternitates ab Ordinario loci erectae, seu erigendae aggregatae pariter censeantur, vel potius insuper requirantur, ut singulae confraternitates, quae in tota diocesi eriguntur, ab archiconfraternitate seorsim aggregationem suscipiant; cumque pariter supplices preces porrexerint, ut Eminentiss. PP. ea de re sum oraculum proferre dignarentur; eadem Sacra Congregatio, etiam si verba praedictae bullae satis clara viderentur; tamen ne ullus imposterum dubii locus supereset, die 23. Martii 1711. declaravit sufficere, ut aliqua confraternitas doctrinae christianae in una civitate archiconfraternitati aggregata sit, ad hoc ut cunctae aliae ab Ordinario loci in tota diocesi erectae, seu erigendae aggregatae censeantur, & omnium spiritualium gratiarum, & Indulgentiarum, quibus dicta archiconfraternitas fruatur, participes sint. Dat. 26. Martii 1711. — J. M. Card. Gabriellus Praef. — Raphael Cosmus de Hieronymis Secr.»

Ut de facili autem confratres quorumcumque confraternitatum, quae aggregari cupiunt archiconfraternitatibus Urbis, iam secularium, quam Regularium, sciant expensas requisitas pro aggregatione obtinenda, & ne indebite graventur, datur subnexum decretum.

Congregatio Illustrissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium à Sanctis. D. N. Paulo divina providentia Papa V. Indulgentiarum moderationi praefecta, cum accepit nonnullos archiconfraternitatum Almae Urbis Ministros in litteris patentibus aggregationum expediendis mercedem à confraternitatibus aggregandis, eorumve procuratoribus praetendere, & extorquere, contra fel. record. Clementis VIII. hoc de genere editae constitutionis dispositionem, qua expressè cautum fuit, ut litterae hujusmodi ab Ordinibus, Religionibus, Institutis, seu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus gratis omnino, ac nulla prorsus mercede etiam à sponte dantibus accepta expediri, & concedi debeant, si vero illorum Ministri, Superiores, vel Officiales quocumque nomine nuncupati, quavis auctoritate, privilegio, & officio fungantur, & praesuleant, contra venire praesumpserint, erectiones, institutiones, Indulgentiarum, &c. communicationes, nec non aggregationes per ipsos faciendae, seu revocandae



» nullius sint roboris, ac momenti, & quilibet eorumdem Ministrorum, & Superiorum, & Officialium, & aliorum prædicatorum, privationis officiorum, quæ ob-  
 » tiner, ac inhabilitatis ad illa, & alia imposterum ob-  
 » tinentia penam, quæ ab alio, quàm à Romano Ponti-  
 » fice, remitti non possit, incurrat eo ipso: ne abusum  
 » hujusmodi ulterius serpere, ipsasque archiconfraterni-  
 » tates sumptibus propterea faciendis minimum gravari  
 » patiatur, speciali Sanctitatis suæ ordine vocis oraculo  
 » habito, præcipit, ac mandat omnibus, & singulis ea-  
 » rumdem archiconfraternitatum, tam secularium, quàm  
 » cujusvis ordinis, etiam Mendicantium, Regularium  
 » Præfectis, Administratoribus, Ministris, Officialibus,  
 » & Superioribus cujusvis conditionis, gradus, & sta-  
 » tus, ne pro earumdem literarum expeditione, seu po-  
 » tius expensis desuper faciendis (computatis pergamen-  
 » na, scriptura, vel impressionis stipendio, sigillorum  
 » capsulis, chordulis, cera, Secretarii Notariique labo-  
 » re, vel mercede, aliisque omnibus) ultra scutum unum  
 » aureum pro singula aggregatione, institutione, vel  
 » confirmatione exigere, vel quovis prætextu etiam me-  
 » ritæ elemosinæ, vel (ut ajunt) recognitionis, etiam ante  
 » constitutionis prædictæ promulgationem, aut aliâs  
 » qualibet ratione, vel colore debitæ, vel prætextæ, ne-  
 » que à sponte dantibus ullo pacto recipere, audeant sub  
 » niidem in dicta constitutione contentis penis, quas  
 » S. D. N. jussu, præsentis decreto renovat, atque adeo  
 » etiam privationis facultatis confraternitates aggregan-  
 » di, seu instituendi respectivo eo ipso incurrendis, gra-  
 » vioribusque Sanctitatis suæ, & Sedis Apostolicæ arbi-  
 » trio imponendis penis. — Dat. Romæ 6. Martii 1608. —  
 » R. Cardinalis Bellarminus. — Ant. Episcopus Anagnini-  
 » Secretarius. »

48 \* Advertendum est, quod constitutio Benedicti XIII. incip. Ex quo Sede Apostolica: edita 1. Aprilis 1757. quoad erectionem archiconfraternitatis sub titulo B. Mariæ Virginis Immaculatæ, sum non est sortita effectum, ex quo una cum aliis moderata & reducta fuerit ad terminos Juris communis, Concilii Tridentini, & constitutionum apostolicarum, à Clemente XII. constit. incip. Romanus Pontifex: quæ adducitur in hac biblioth. sub verb. Privilegium art. 4.

49 Confratres Societatis S. Mariæ Virginis de succursu contra infideles januæ erectæ, omnibus quadragesimæ diebus, etiam majoris hebdomadæ, servatis tamen jejunii legibus, ovis, & lacticiis vesci permittuntur; Benedictus XIV. constit. incip. Pias Christianissimum §. 2. Idem gaudet privilegio eligendi Confessarium ab Ordinario loci approbatum, qui eos absolvat à peccatis etiam eidem Sedi Apostolicæ reservatis, bis in ipsorum vita, & in eorumdem mortis articulo, ibid. §. 3. Hoc tamen privilegio uti possunt tantum bis in tota eorum vita, non obstantibus iteratis adscriptionibus confraternitati; nec vi ejusdem absolvi possunt à peccatis Ordinario reservatis. \*

51 Confraternitates vel sunt ecclesiasticæ, vel laicæ. Ad erectionem confraternitatum ecclesiasticarum necessaria omnino est auctoritas Superioris ecclesiastici vel vera, vel saltem præsumpta; Rota in Pistorien. beneficium 13. Januarii 1738. cor. bon. mem. Vais. Superior vero ecclesiasticus in subjecta materia non est semper Episcopus, nam & esse potest Superior regularium, si agatur de confraternitatibus erigendis in ecclesiis ipsorum regularium.

52 Nota vero, non aliter confraternitates in ecclesiis regularium erigi posse à Superiore eorumdem, quàm si de illis sint, quarum erectio ex apostolico privilegio ad ipsos spectat. Ceterum aliæ confraternitates in ecclesiis regularium erigendæ sunt auctoritate Ordinarii; Rota in Cassanen. Translationis confraternitatis 8. Maji 1744. §. 6. cor. Reverendiss. P. D. Bussio Decano.

53 Sicuti confraternitatibus licet sese transferre de una in alteram ecclesiam, ita & regularibus permixtum est ipsas confraternitates dimittere; idque ad æqualitatem servandam; idem supremum tribunal in dict. Cassanen. translationis confraternitatis 8. Maji 1744. §. 7. coram Reverendiss. P. D. Bussio Decano. Hac vero translatio

fieri nequit sine consensu majoris partis confratrum collegialiter præstito; Rota in Turinon. confraternitatis. 4. Februarii. 1744. §. 9. cor. Illustr. Molin.

At non levis questio est, an id ipsum obtineat, si agatur de confraternitatibus illis, quarum erectio ad Superiores regularium vigore privilegii apostolici spectat? Ratio dubitandi inde oritur, quod confraternitates hujus generis sunt membra ecclesiarum, in quibus sunt erectæ; Basi de sodalit. quest. 1. num. 5. Reque ipsa hac de ratione sacrum Auditorium negativam sententiam videtur amplectum esse in dict. Cassanen. translationis confraternitatis 8. Maji 1744. §. 8. cor. Reverendiss. P. D. Bussio Decano.

In casu vero permissæ translationis confraternitatis de una ad aliam ecclesiam, intelligitur quoque permissa translatio honorum ad easdem confraternitates spectantium, idque etiam administratio dictorum bonorum concessa in aliquo actu fuerit regularibus ecclesiæ, à qua fit discussus, quia dicta administratio concessa censi debet usqueadonec donec dict. confraternitates inibi permanent; Rota in dict. Cassanen. translationis confraternitatis. 8. Maji 1744. §. 9. coram Reverendissim. P. D. Bussio Decano.

Nova confraternitas in eodem loco non prohibetur erigi, si titulum habeat ab antiqua confraternitate diversum. Maxime vero si institutum itidem habeat diversum; Rota in Leopoliens. Confraternitatis. 18. Jun. 1745. §. 7. & plur. sequentib. coram bon. mem. de Vais, quod procedit etiam concurrat mixtura tituli.

Ex duabus confraternitatibus ejusdem tituli & instituti, si una prius obtinuerit licentiam, & altera, etsi postea habuerit licentiam, prius tamen sit erecta, hæc, & non illa remanere debet; Rota in dict. Leopoliens. Confraternitatis. 19. Jun. 1745. §. 12. cor. bon. mem. de Vais.

De confraternitatibus aggregatis archiconfraternitatibus Urbis an gaudeant ipsarum privilegiis, plene Rota in Savonen. aggregationis 16. Aprilis 1714. cor. clar. mem. Scort. & in Hispal. antiunitatis 9. Januarii 1735. cor. Eminentiss. Crescentio. &

ARTICULUS II.

Quoad varia, quæ concernunt confraternitates, eorum Capellanos, & Parochos.

SUMMARIUM.

1. Ad dirimendas controversias, quæ sæpe oriri solent inter confraternitates, eorumque Capellanos, & Parochos, non est desumenda regula, & norma ab archiconfraternitatibus Urbis.
  2. Sed sunt observanda decreta à Sacris Congregationibus pluribus edita, & signanter à Sacra Congregatione Concilii.
  3. Et à Sacra Congregat. Episcoporum, & Regularium.
  4. Et à Sacra Congregatione Rituum.
  5. Additiones ex aliena manu, ad n. 18.
- Ad dirimendas controversias, quæ sæpe oriri solent inter confraternitates, eorumque Capellanos, & Parochos, non est desumenda regula, & norma ab archiconfraternitatibus Urbis, quia ex quo in archiconfraternitatibus Urbis præsentiam soleant habere Cardinales, alique magni Prælati propter eorum præsentiam, & archiconfraternitatum præstantiam, potuerunt ipsis concedi aliqua privilegia particularia, quæ nequeunt trahi in exemplum à confraternitatibus aggregatis, quibus ad evitanda varia inconvenientia, quæ inde oriebantur, Clemens VIII. in dict. constitutione incip. Quæcumque: expresse venit talia particularia privilegia communicari, & pro ratione loci statuta concedi, & reformari mandavit, ut patet ex præcis suis verbis adductis supra art. 1. num. 42. & Sacra Congregatio Episcoporum expresse declaravit confraternitates aggregatas archiconfraternitatibus Urbis non gaudere earum privilegiis, sed solummodo earum Indulgentiis, & gratis spiritualibus, ut patet ex decreto relato supra art. 1. n. 41.

» sequent. Unde pro dirimendis controversiis sunt obser-  
 » vanda decreta Sacrarum Congregationum, quæ pluries  
 » sanxerunt, benedictiones solemnes olivarum, & cinerum,  
 » & candelarum, benedictionem fontis Baptismalis, benedictionem  
 » super populum cum sacramento Eucharistia, missam solemnem feræ V. in Cena Domini, & missarum  
 » solemnum celebrationem, & alia hujusmodi pertinere  
 » ad Parochos, & fieri non posse in oratoriis publicis con-  
 » fraternitatum; & signanter Sac. Congr. Conc. in Man-  
 » tuan. Jurium Parochialium 3. Jul. 1667. ad 6. & 7. du-  
 » bium; in Nullius Nonantiana Jurium parochialium 17.  
 » Febr. 1685. ad secundum, & in Bonon. Jurium parochia-  
 » lium 17. Nov. 1691. ad tertium, & in Regien. 5. Augusti  
 » 1719. ubi pro Canonici Collegiæ Novellariæ cum  
 » confratribus SS. Rosarii fuerunt propositæ, & resoluta  
 » sequentia dubia.

1. An annuente, & permitte Archipresbytero, & Parocho possit archiconfraternitas Sanctissimi Rosarii adimplere onera missarum, & anniversario-  
 rum sibi injuncta, mediântibus Presbyteris exteris sibi benedictis; sive potius teneatur uti ministerio Canoniorum collegiæ, & quatenus affirmative quoad secundam partem?
2. An prædicti Canonici tempore celebrationis missarum canendarum celebrandarum in eodem altari, non recedendo ab eodem choro, possint ibidem missas cantatis assistere?
3. An, & in qua summa præstanda sit elemosina prædictis missis tam lectis, quàm canendis?
4. An confraternitas possit de licentia, & consensu dict. Parochi exponere infra annum in capella SS. Rosarii publice venerationi SS. Eucharistia sacramentum, sive potius requiratur licentia Ordinarii?
5. An confratres, annuente, & permitte dict. Archipresbytero, facere possint processiones intra, & extra ecclesiam sine interventu Canoniorum?
6. An, & à quo sit determinanda via processionum, quæ fiunt extra ecclesiam, & per parochiam?
7. An permittente D. Archipresbytero possit dict. archiconfraternitas erigere in dict. processionibus propriam crucem?
8. An de licentia ejusdem Archipresbyteri possit dict. confraternitas pulsari facere organa, & campanas dict. ecclesiæ, sive potius circa præmissa requiratur quoque consensus Canoniorum?
9. An permittente Archipresbytero, & Parocho, possint confratres impedire Canonici celebrationem missarum in eodem altari SS. Rosarii, & quatenus negative.
10. An Canonici teneantur concurrere ad manutentionem altaris & capellæ?
11. An prædicti Archipresbyter, & Canonici teneantur applicare missam conventualem pro benefactoribus in casu &c.

Resolutiones dubiorum hujus causæ sub titulo Regien. propositæ in Congr. Concil. die 5. Augusti 1719. sunt sequentes.

Ad primum, Negative quoad primam partem; affirmative quoad secundam.

Ad 2. Affirmative, dummodo non assistant in sacristia.

Ad 3. Præstandam esse elemosynam tam pro missis lectis, quàm pro canendis juxta morem loci.

Ad 4. Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam.

Ad 5. Ad primam dubii partem, & ad secundam negative, dummodo non agatur de processionibus, quæ fiunt ex instituto confraternitatis, & in quibus sufficit quod Canonici sint vocati.

Ad 6. Esse determinandam à Præfecto chori, interveniente capitulo.

Ad 7. Negative.

Ad 8. Negative ad primam dubii partem, affirmative ad secundam.

Ad 9. Negative.

Ad 10. Negative.

Ad 11. Negative.

» Ad 11. Demum affirmative, cum addito in omnibus dictis dubiis, quod eadem amplius non proponeretur.

» Et in Cremonen. pro confraternitate mortis & orationis oppidi Casalis majoris Cremonensis Diocesis cum Archipresbytero S. Leonardi ejusdem oppidi, ubi fuerunt proposita, & resoluta sequentia dubia.

1. An Præposito S. Leonardi invitato, & renuente, aut impedito, intervenire processioni occasione festi natiuitatis B. Mariæ Virginis, adhuc confratres mortis oppidi Casalis majoris illam facere possint absque licentia dict. Parochi in casu &c.
2. An dict. confratres facere possint eandem processionem cum interventu Cappellani, aut alterius Sacerdotis per ipsos, non autem per Præpositum nominandi.
3. An Præposito S. Leonardi, & simul Confratri dict. confraternitatis competere duo suffragia, vel unum dumtaxat in Congregationibus ejusdem confraternitatis.

Super quibus dubiis propositis in Congregatione habita die 5. Junii 1723. quoad primum emanavit resolutio; affirmative intra ambitum oratorii; extra vero negative, nisi accedat licentia Episcopi; ad secundum affirmative; ad tertium negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem. Et die 13. Apr. 1726. propositis in Congr. Concilii sequentibus quatuor dubiis:

1. An sit standum, vel recedendum à decisis sub die 5. Junii 1723. quoad secundum dubium?
2. An confraternitas Orationis, & Mortis oppidi Casalis majoris aggregata confraternitati Urbis, possit sine licentia Episcopi in suo oratorio exponere Eucharistiam infra annum, & præcipue 40. horarum in octava defunctorum, aliasque functiones peragere, juxta assertum institutum in casu &c. & quatenus negative?
3. An sufficiat semel dictam licentiam petere tam pro expositione infra annum, quàm 40. horarum, aliisque functionibus juxta d. ass. Institutum, seu potius illa requiratur, toties, quoties.
4. An petita, & non obtenta dicta licentia, habeatur pro concessa in casu &c.

Ad primum: responsum fuit in decisis.

Ad secundam: negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam explicetur functiones.

Ad tertium: servetur solitum.

Ad quartum: negative & amplius in omnibus.

» Et in Alexandrina pro confraternitate S. Mariæ Misericordiæ, & S. Rochi cum Parocho S. Martini fuerunt proposita, & resoluta duo sequentia dubia.

1. An confraternitas S. Mariæ Misericordiæ, & S. Rochi civitatis Alexandrinæ, possit sine licentia, & interventu Parochi exponere in suo oratorio lignum S. Crucis?
2. An eadem confraternitas possit pariter sine licentia, & interventu Parochi, exponere in suo oratorio SS. Eucharistiam in casu &c.

Sacr. Congr. Conc. in Alexandrina 21. Febr. 1782. respondit: Ad utrumque affirmative, accedente licentia Episcopi. Et amplius.

» Confraternitas potest facere suas Congregationes absque licentia, & interessentia Parochi; Sac. Congr. Conc. in Novar. 24. Septembr. 1718. ad nonum dubium. Et Capellanus confraternitatis potest in suo oratorio benedicere candelas pro confratribus, & sororibus in festo Purificationis B. M. V. in resp. ad 13. dubium.

» Parochus debet à confraternitate invitari, ut præsideat Congregationibus faciendis tam in imbussolationibus, & extractione Priorum, ac Officialium, quàm in redditione rationum; Sac. Congr. Concil. in Bonon. 15. Mart. 1728. ad 2. dub. Non debet tamen invitari, ut præsideat Congregationibus faciendis pro distributione